2689

Biblioteka Jagiellońska.

BIBLIOTH. UNIV. JAGELLONICAE

N° 2689

folia continens 4

compactura munitus m. augusto 1904

26

Lms.

Konarski Adamus
Episcopus Posnaniensis

In Reverendissimi Domini D. Adami Konarski, Episcopi Posn., reditum ex Italia carmina gratulatoria.

2689

N. Inw. 2689

IN REVERENDISSIMI D. DÕI KONARSKY EPISCOPI POSNANIENSIS REDITUM EX ITALIA

Carmina gratulatoria.

dami

Auſpicüs tu clare meis adſis rogo Præſul
Dum reditum exiguo carmine pango tuum
Pieridum tractatus eras quondam Pater ore
munera temniſti haud; quæq tulere tibi.
Hoc rurſus facio, Præſul, comitante pudico
Agmine; quod curæ eſt turba dicata tuæ.
Cur trepidi hic ſtatis? fas eſt confidere vobis,
Nam rediit iuuenes: noſter alumnus hic eſt.
Huic igr ſummo perdulcia corde canamus
Carmina; quæ placidã percipit ille manu.
Huic liceat quædam, nunc fundere ſplendida ve
Nanq ſolet ſtudiis, ille fauere bonis.
Nunc noſtri comites orarunt carmine quondam
En teſtantur adhuc, tunc valuiſſe preces
Sperarũnt forti iuuenes, tum pectore & ipſos
Non dedit orbatos; quin potiora ferant
Hoc ui more fuit cunctis mortalibus æqui
Vt reducis animo quàm meliore ferant.

Hoc fuit et Teucris lepidam perferre salutem
Magna cohors portat cum pia gesta domum
Auſpicio Graeci magno celebrare solebant
Cum palmis iunctis ſplendida dona darent
Hoc insigne sibi pacis tribuere Latini
Firmet ut hoc mentem, quilibet inde suam
Talis amor fuerat multis seruatus in orbe
Imperij franum cum tenuere sui
Gaudia portarunt tunc circa cacumina montis
Quum rapiunt fortis fortia tela viri
Aggaudent nostri haud aliter tibi Praesul amande
Qui facis illuſtrans nobile ſtemma tuum
Taliter exornent iuuenes palacia cuncta
Vndiq permulcent carmine suauidico
Cynthius auxilio sit nunc cum carmine nobis
Terq quaterq sonos mittat ab ore suo
Vos pariter celeres Musae vos pergite quaeso
Carmine cultorem sollicitare suum
Praesul adeſt talis pius ut nunc nullus in iſto
Orbe alius certi charior eſſe poteſt
[..]nctorum recte vigil Conareuius vnicus hic eſt
In proprium rediit Paſtor ouile suum

Nunc tibi ſydereæ volucres cum carmine regna
Fundant: quò pedibus tu gradieris iter
Nunc genus æthereum nunc cuncta mouentia pangu
Vultu nunc læto gaudia magna premant.
Nunc faciat tentetue ſuam artem carmina plectro
In mediumq; ferat ſummus Apollo ſinu
Mittimus ô venerandi preces ad ſydera noſtras
Spargimus atq; pio pectore tela ſua.
Quò redeas Poſnam celebrem nunc regna regenda
Ac tradas nobis creſcere in ore cibos
Vnde decus cunctis pòſt creſcat ſemper in orbe
Ac Res ut felix publica vitè fluat.
Ipſemet ô quoties gemminas in ſydera palmas
Nunc timidè proferens verba precesq; dabam
Ora, tuâ ſit fas mihi quædam ſoluere pace
Iura precor linguæ ſuſcipe vota meæ
Nec nimium longis faciam dicendo labellis
Ô Præſul tibi nec tædia longa dabo.
Præbent ecce tuis ouibus multaq; venena
Noxia ſuſcipiunt atq; parata bibunt.
Nos igitur petimus pelle impia talia facta
Amplius vt non ſint hæc mala in vrbe ta
Ô vtinam moueant patrũm de geſta prioru
Hunc dictum Muſis quem ſtatuere locu

Clarebat ſemper celebrandus in orbe patronus
Ille Lubranicius Præſul amande bonus.
Tale opus ille pius tractat mirabile dictu
Impenſis multis ſtruxit et ipſe ſuis.
Collegium viridis quondam conſtruxerat agris
Atq locum Muſis hic dedit Aoniis.
Impenſis propriis tales fabricauerat ædes
Quorum nunquam et eum pœnituiſſe poteſt.
Nomen enim cunctis memorabile fecit alumnus
Hicq reliquit tunc munera grata ſuis.
Gloria pontificum vna fuit mihi crede Polonis
Semper commiſſas ille fouebat oues
Haud multi ipſe ſibi precioſas tempore gemmas
Eximias tanti non ſtatuebat opes.
Diuitias nunquam prudens cumulabat auare,
Nec tanti optauit quo uber ubiq ſiet
Non faciebant hunc altum ſplendentia tecta
Neq mouebant hunc æra ſuperba virum.
Contulit hic Præſul multis ſua dona; deditq
Pauperibus; cæcis omnia diſtribuit.
Cor paucas quoq tunc Præſul fabricauerat ædes
Stemma fatetur eum vite fuiſſe bonum.
Cuicq bono non pauca dederat munera CHRISTUS
Hacq patent multis munera tanta viris,

Hic fuit hic celebris toto memorandus in orbe
Qui ſua permultis pignora magna dedit,
Relligionis erat ſtudioſus Præſul Adame
Verus erat cultor ſemper amando Deum.
Ô quis te Præſul iuſſit contemnere mundum
Aut tantas quis non iuſsit habere et opes!
Plura loqui nequeo nunc iam nunc neſcitur aura
Felici cuius nomen in orbe ſonat
Quis ipſi ſimilis dicendus in omnibus eſſet
Nunc rebus talis illius acta gerens
Ergo tuis pedibus venerande oculiſq; benignis
Fac videas ſemper Præſulis omne bonum
Perge igitur Præſul moueat te gloria Perge
Cæleſtis moueat quæ ecce perennis erit.
Omnia tu luſtrata vides nunc corde patrone
Vtq; iuues Muſas dulcis amice veni
Magnanimi patefacta mihi ſolatia Adami
Sunt nunc pulchra feram pectore verba meo
Præſul amande mouentia claris ſydera coeli
Aſpicis ecce oculis aſpice quæſo et opus.
Tuq; vides iactans oculos per corpora mundi
Legibus haud variis ecce coïre vides.
Hinc igitur laudare Deum incipe laudibus ipſum
Quem ſignat Præſul pectore cuncta Deum

Vtq; tibi ſedeant quæſo te pectore ſummo
Et pariter uideas noſter alumne preces,
Quas ego ſuppliciter fundens nunc pectore ab imo
Obſecro te dominū pauper egenus opem,
Aſpiciasq; rogo ut cernis tu ſydera cæli
Hosq; meos verſus tuq; uidere velis,
Si tibi prima bene placuerit munera parua
Et pulchre ſteterint non hebetata mea.
Accipe vota meæ Muſæ rudiore canentem
Poſt ſpiſiore canam Præſul amande lyra
At nunc á nobis amplectere munera pulchra
Nobis quæ dedit hæc noſter Apollo ſinu.